

in quibus pater ipsius habet vsum fructum, etiam cum iuramento in praedictum patris, hoc est, vsum fructus ad eum pertinentis ex legis dispositione. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, quod mulier nupta non possit sine licentia viri, etiam cum iuramento alienare aliquam rem, vel contractum praedictam marito facere.

43 Ex quibus remanet responsio & solutio ad fundamentum supradictum, quod faciebat contra hanc opinionem adductum, propria contraria scilicet magis communis opinio supradicta contra Bartol. quae habet; Quod etiam si lex dirigat prohibitionem in personam mulieris vel minoris, nihilominus tamen contractus factus contra huiusmodi prohibitionem firmetur iuramento, quia id verum est & procedit in respicientibus tantum damnum & praedictum iurantis, secus vero est, quando tractatur de alterius praedictum, ut in nostro casu & quaestione, per dict. e. quamuis pactum, in fine & ita tenendum in iudicando & consulendo.

44 Ex quibus omnibus infertur intellectus etiam ad l. 50. Taur. quae hodie est l. 2. tit. 2. li. 5. noui Ordin. Recop. ll. Reg. vbi cauetur, quod maritus non possit dare suae uxori arihas excedentes decimam partem bonorum suorum, sed vsque ad decimam partem tantum, & quod lex fori hoc praecipiens non possit renouari, infertur inquam, quod si maritus promittat maiorem quantitatem nomine ariharum uxori suae, quam lege illa taxatum est, & insuper iurauerit promissionem, nihilominus tamen huiusmodi iuramentum non firmabit praedictam promissionem & contractum, quia prohibitio supradicta Regia, est in fauorem non ipsius promittentis arihas, sed eius consanguineorum, quibus defertur ius repetendi arihas istas, quae fuerunt promissae aut datae ultra quantitatem a lege definitam; Vnde in praedictum horum non valet iuramentum, ut supradictum & probatum est, scilicet hanc opinionem optime tenet Vincent. Episcopus Montalu. & Roderic. Suarez, & hos referens doctissimus Couar. in d. c. quibus patris. 2. part. relect. §. 2. n. 8. fol. 80. versio quinto, & c. & Mencha vbi §. d. §. 26. nu. 4. & 43. & Antonius de Padilla in arib. res qua. n. 29. C. communia de leg. contra Palat. Rub. Mencha, alibi, Did. Perez & Segur. quos ibi refert, contrarium etiam tenet Anton. Gomez in l. 69. Taur. n. 4. in versio. ex quibus infertur, omitto quandam l. fori l. 70. expressam pro hac nostra opinione, quam allegat pro ea Couarru. & dominus meus vbi §. quia lex illa iam hodie non est lex, imo est abrogata, ut constat, quia non reperitur posita in Noua Recopilatione legum huius Regni tempore nostri Regis Philip. secundi facta, ut cauetur in Regia prouisione posita in prin. dicti Recopilationis, tenet eandem opinionem primam opinionem contra Palat. Rub. nouissime Lud. Mexia in l. Reg. Toloti. De los terminos, in 7. fundamento 2. part. §. 34. dixi late in meo tractatu de Iuramento Confirm. 1. part. c. 14. n. 2. & seq.

45 Sed redeundo ad communem opinionem supradictam & tenendam contra distinctionem Bart. vbi §. est aduertendum, quod idem Bart. in d. l. omnes populi, n. 25. limitat supradictam communem sententiam, ut non procedat, quotiescunque statutum praeciperet, quod minores vel mulieres non possint contrahere absque certa solemnitate, & quod contractus aliter factus sit nullus & presumatur simulatus, & minores dolos fuisse inductos ad contrahendum, etiam si iurauerint, nam tali casu valebit huiusmodi statutum, quia indirecte & per circuitum bene potest tollere iuramentum, inducendo prius simulationem & dolum: & hanc opinionem sequitur Paul. de Castr. in presenti, n. 1. exultans, quod huiusmodi statutum procedat

etiam de iure Canonico, quia si ita verum esset, quod contractus esset simulatus, vel dolo celebratus, & sic non haberet verum consensum partis, etiam iure Canonico non confirmaretur iuramento, ut in c. 2. de pact. in 6. & in c. cum contingat. de iureiur. & textus in presenti, & vtrouque notant omnes Doctores; Ergo: Idem hoc casu dicendum, est quia fictio statuti idem operatur, quod veritas in casu vero: Eadem etiam opinionem Bart. tenet Bald. in presenti, nu. 5. & sequitur Ioan. Orosc. in d. omnes populi, n. 8. quam dicit magis communem Alex. & eum referens Iaf. in l. si n. 27. ff. qui satisf. cogan. vbi refert alios tenentes contrarium, dicit etiam communem Ioan. Orosc. in l. iuris gentium. §. si paciscar. n. 9. ff. de pact. tenet etiam plures referens Didac. Perez in l. 1. tit. 8. li. 3. Ordin. col. 1026. quae opinio tenenda est in praxi: quia communis & in iure vera videtur, quae iam est probata eo casu, quo statutum praesumit talem contractum dolo factum, & quando praesumit eum simulatum, probatur argum. gloss. optime & Ordin. in l. 3. glo. vnic. in fine. C. plus val. quod agitur, quam quod simulat. concip. quam gloss. dicunt ordinariam & communiter approbatam plures Dd. variis in locis, & eam limitat aliquibus modis: dixi ego in repet. l. nemo potest. ff. de leg. 1. super. qu. Bart. interim, ut ceteros mittam, opinionem illius gl. dicit communem limitans aliquibus modis Alciat. in c. cum contingat, nu. 82. & duobus seq. extra de iureiur. and. qui omnino est videndus circa illam gl. quam dicit notabilem & ordinariam Antonius Gom. 2. tom. c. de restitut. minor. n. 20. dicit communiter approbatam idem Anton. Gom. in l. 45. Taur. n. 27. vbi latissime agit de illa gl. dicit etiam communem plures allegans D. Didac. Per. in l. 1. tit. 8. li. 3. Ordin. col. 1026. vltra quem dicit etiam communem Ioannes Campegius in tract. de dote 1. par. qu. 51. n. 3. sequuntur plures relati per Tiraq. in tract. de constit. poss. in 3. part. prin. in 7. limit. n. 51. dicit etiam communem plurimos allegans Dn. Padilla in l. cum ea, qua. nu. 5. C. de transact.

46 Imo, quod magis est, non tantum per circuitum ut supradictum est, sed etiam directo potest lex civilis remittere iuramentum, ut videmus in casu l. non dubium. C. de legibus, & in l. si. C. de non numerat. pecun. & in l. si. ff. qui satisf. cogan. vbi gl. hanc opinionem tenet: tenet etiam gl. in l. adigere, §. si gl. ff. de iur. pat. vbi inquit: Nota legem vim apostolicam obtinere, ut remittat iuramentum, & hanc opinionem sequuntur plures relati per Iaf. in d. l. si. ff. qui satisf. cogan. nu. 23. vbi in nu. seqq. late fundat hanc opinionem: lequirit pluribus modis eam deinando Ioan. Orosc. in dict. §. si paciscar. n. 6. & seqq. Sed contrarium est tenendum in hoc articulo contra glossas illas & sequaces, imo quod lex nullo modo possit directo tollere seu remittere iuramenti vim, quod quidem seruandum est vbiq; si non vergit in dispendium salutis aeternae, ut in dict. c. quamuis pactum, de pact. in 6. cum similib. & in his, quae concernunt peccatum, standum est iuri Canonico, & non civili, ut in c. si de praescrip. Secundo facit, quia cum iuramenti religio ad reuerentiam & fidem DEO praestandam pertinet: ratione quadam consequentiae ad iudices ac prelatos ecclesiasticos, veluti res spiritualis, spectare videtur eius declaratio: tex. optimus in c. venerabilis, de electione, & in c. nouit. de iudic. & in c. cum contingat, & in c. debitores, de iureiur. and. & ita hanc opinionem tenet Hostiensis, & eum & alios referens Iaf. vbi supra in dict. l. final. vbi refert alias duas opiniones in hoc, & late fundat respondendo argumentis contrariae partis: sequitur hanc opinionem, contra glossas & Baldum, & Paul. de Can. hic numer. 11. vbi dicit, opinionem contrariam esse falsam, licet de facto seruetur vbiq; & ibi fundat hanc secundam opinionem: eadem opinionem plures

plures allegans sequitur Couarruias de pact. in 6. par. 1. §. 3. n. 7. fol. 22. vbi & in n. 9. & 10. hoc intelligit, nisi lex civilis prohibeat praestari iuramentum, non vero illud tollat, postquam fuerit praestitum: vel interpretatur iuramentum iuxta naturam contractus, quia hoc potest, ut in casu d. l. fin. C. de non numerat. pecun. & in l. si. ff. qui satisf. cogan. & in casu dict. l. adigere, §. si. vide eum omnino, hanc etiam secundam opinionem contra glossas supradictas tenet Alex. conf. 38. num. 11. l. 3. vbi duobus modis saluat dicta glossa, ut procedant, quoties iuramentum esset contra publicam utilitatem, vel quod, dum dicunt, quod lex habet vim apostoli in remittendo iuramento, intelligantur de lege Canonica, alias secus. Hanc etiam secundam opinionem sequitur & dicit communem plures Dd. allegans Marian. Soci. Iun. conf. 32. num. 31. vol. 3.

47 Ex suprad. limitatione Bart. & communi, quae habet: Possit legem vel statutum annullare & tollere vires iuramenti, non quidem directe, sed per circuitum, ut puta presumendo contractum aliter, quam lex precipiat celebratum, simulatum vel dolo sum, infertur ad intellectum & validitatem Regiae pragmatice in cap. 78. de Valladolid ann. 1555. cui verba sunt haec:

Mandamos que agora, ni de aqui adelante ningun huiosfamilias que este debaxo del poder de sus padres, mayor, o menor, y que ningun menor que tenga tutor, o curador, sin licencia de los justodichos, no puedan comprar ni tomar ni sacar en fiado, por si, ni otros en su nombre, plata ni mercaderia, ni otro ningun genero de cosas, ni ningun platero, ni mercader, ni otra qualquier persona lo pueda vender, ni dar en fiado, sin la dicha licencia. Y qualquier contratas, fianças, y seguridad, con qualquier clausulas, y firmezas, en qualquier manera todo sea ninguno, y por virtud dello no se pueda pedir en nuyzio ni fuera del, en ningun tiempo cosa alguna a los dichos huiosfamilias, ni menores, ni a sus fiadores, ni principales pagadores, ni a otras qualquier personas que por ellos se obligaren, o en su nombre lo sacaren, y tomaren, y sean libres de todo ello. Y porque para defraudar lo de suso contenido, se procura que los dichos contratas se iuren para su validacion, y por se contratas prohibidos par esta nuestr. ley, y simulados, y dolo sum, y hechos en grandanno, y fraude, y persuasio de los dichos huiosfamilias, y menores mandamos a los dichos plateros, y mercaderes, y otras qualquier personas de suso declaradas, que no fagan otorgar los dichos contratas, ni traygan a ningunas personas aque los iuren los dichos huiosfamilias ni menores, ni los torquen y iuren, ni los escribanos de lugar a que ante ellos se otorguen y iuren, so pena pierdan sus oficios, y no puedan votar en fiado para quando se casaren, o heredaren, o sucedieren en algun mayorazgo, o para quando tuuieren mas renta, o hacienda. Que esta pragmatia refertur in leg. 20. tit. 3. li. 5. Repertorio noui, quod composuit & ordinavit conciuis Alphon. de Azeuedo, & contemporaneus in studio & in practica aduocatus Placentinus, timoratae conscientiae & bonis literis praeditus: quae pragmatia hodie ponitur pro lege in l. 22. tit. 11. lib. 5. noui Ordin. Regal. in Recopil. noua legum Regni, infertur inquam, quod lex haec est valida & seruanda, dum annullat & tollit vires iuramenti appositi super huiusmodi contractibus ex rationibus suprad. licet, meo iudicio, lex haec non annullat nec tollat vires iuramenti, quia tantum dicit, quod non iuretur, & vltimus non peedit neq; disponit: Quid erit si iuretur licet alii existant, legem illam tollere iuramentum, sed ex su-

praedictis apparet, quod etiam si lex vel statutum non auferat iuramentum, & eius vires, si tamen apponitur super contractu simulato vel dolo sum, non valet nec est seruandum, etiam iure canonico praedictum iuramentum, ut supra dictum est, ex tex. in d. c. quamuis pactum, cum similib. & ex gl. illa communiter approbata in d. l. 3. C. plus val. quod agitur, & c. & in terminis dicti l. Regia, ita tenet D. Dadac. Perez in l. 1. tit. 8. li. 3. ordin. col. 1026. quia haec l. Regia, ut ex eius litera constat, reddidit contractus aduersus eius tenorem celebratos simulatos & dolo sum.

Vnde infertur, non bene dixisse [meo tamen iudicio] eundem Dd. Salmant. vbi sup. col. 1038. dum existimat, contractus in secundo casu illius l. Reg. nempe: Quando se toma fiado, para quando heredaren, & c. firmari iuramento; Nam praeterquam, quod contra hoc facit, quod ibi ipse retulit, scilicet, quia alias ex confirmatione iuramenti praestaretur occasio infidandi vires illorum, ex quorum facultatibus solutio facienda est, & sic daretur votum captandae mortis contra omnia iura, est praeterea lex illa contra eiusdem Doctores decisionem in duobus locis. Primo, dum in ipsius secundae parte, inquit: Y los contratos que sobre ello se hizieren, o fianças, o seguridad, sean ningunas, en la manera susodicha. Nam supra in primo casu illius l. dicitur, adeo nullos esse contractus, ut praesumantur simulati & dolo sum; sed his casibus iuramento non confirmantur, ut supra probatum & conclusum est: Igitur nec in hoc secundo, nec debuit dominus Doctor distinguere inter praedictos duos casus, cum idem statuatur in vno, quod in alio. Secundo, contra opinionem praedictam faciunt & verba eiusdem l. in praed. 2. eius parte, ibi: E mandamos a los dichos plateros, e mercaderes, y a otras qualquier personas, y escribanos, que no den lugar que se otorguen, ni iuren, y las mismas penas de suso declaradas al que lo contrario hiziere; Nam eiusdem verbis videtur praedicta lex in primo ipsius casu, ad annullandum iuramentum, & per illa verba tenuit praedictus Doctor vbi supra, legem illam tollere vires iuramenti in primo ipsius casu: Ergo ita & eodem modo idem dicendum est in secundo. Nec obstat fundamentum, quod ipse adducit de capit. quamuis pactum, de pactis in 6. quia etiam attento illo text. contractus simulatus & dolo sum iuramento non firmatur, ut supra dictum est, & probatur in illo text. & in praesenti, quando contractus est dolo sum, & quando est simulatus, probatur ex dict. gl. communiter approbata in dict. l. 3. C. plus val. quod agitur, & c. & sic teneo in secundo casu illius pragmatice & legis, etiam iuramento contractus non firmari, sicut neque in primo.

Vltimus plures quaestiones & declarationes circa d. l. Regiam, & praecipue nouem limitationes vide omnino per Didac. Perez. vbi sup. col. 1025. & plurib. sequentibus, ut latissime & vtiliter examinat materiam & legit illam Regiam decisionem, ideo videndus ipse, quia nolui transcribere.

49 Sed vnum tantum verbum ipsius, quod in translatu simpliciter ibi dixit, col. 1032. hic comprobare libuit, scilicet q. filius, qui habet peculium castrense, vel quasi, poterit contrahere, non obstante d. l. 22. Haec enim decisio & limitatio probatur optime in l. 1. §. si & in l. 2. ad Macedo. praesupposito, quod prohibitio Macedoniae, quae tantum loquitur in mutuo, extenditur per d. l. Reg. ad omnes alias res.

Hoc sic praehabito, probatur in illis iuribus, quod supra praedict. Senatusconsultum Macedonianum cessat, quoties filiusfamilias habet peculium castrense, vel quasi, ad quantitatem ipsius, quia filiusfamilias in castrensi peculio vice patrisfamilias fungitur. Facit etiam l. 5. tit. 11. part. 5. in princip. ut probatur, quod licet inter patrem & filium in eiusdem potestate constitutum, nulla cadat



obligatio, hoc tamen fallit, nisi fiat super his reb. quæ proueniunt ex peculio castrensi, vel quasi castrensi: cuius ratio est, quia filius in his paternam existimatur vt supra dictum est, & plenum ius habet.

51 Vnde infertur eleganter Io. Faber in §. item inutilis, Instit. de inutil. stipul. idem esse si pater & filius contrahant super peculio aduentitio, in casibus exceptis, in quibus patri non acquiritur vsusfructus: quam doctrinam refert & sequitur Greg. Lopez in d. l. 6. in gl. Castrense.

Ex quibus infertur primo declaratio ad supradicta, vt intelligatur tantum hæc limitatio, respectu e- jus quantitatis, quæ est in peculio castrensi, vel quasi, vt est text. expressus.

Secundo infertur ampliatio ad supradicta, vt procedat etiam in peculio aduentitio, quoties patri in eo non queritur vsusfructus, ex supradicta doctrina Io. Fab. & octo casus, in quibus vsusfructus non queritur patri, ponit glo. in auth. Idem est. C. de bon. qua lib. quam gl. dicit magistram & ordinariam Ias. in §. penales, nu. 88. Instit. de act. & videnda sunt circa eam, quæ scribit Gomez in §. actiones aut em. n. 17. ver. quarta species, Instit. de action.

52 Vterius ex supradictis infertur manifestissime, quod cum omnia lucra, quæ acquiruntur personæ, de quibus in l. 7. tit. 17. part. 4. scilicet. Lo que dan a los maestros de qualquier ciencia que sean, de la Camara del Rey, o de otro lugar publico en razon de soldada, de salario. e lo que dan a los uexes, y a los escriuanos del Rey por razon de su officio, e lo que dan a otros qualesquier de esta manera: cum huiusmodi lucra dicantur & sint quasi castrensi: & son quieramente de aquellos que las hizieron, vt in d. l. 7.

53 Infertur inquam, quod personæ supradictæ, licet sint in patria potestate, poterunt respectu ipsorum intra eorum tantum quantitatem, prædictos contractus facere, non obstant prædicta Regia constitutio, cum in eis paternam existimetur per suprad. l. 2. ff. ad Macedonianum.

54 Et ex illa l. 7. solet communiter dici, idem esse in his, quæ acquiruntur filijsfamil. aduocati, vt sint quasi castrensi, & per consequens non acquirantur patribus ipsorum, sed sint sua propria & possint libere de eis disponere in vita, & ita tenet Greg. Lop. in d. l. 7. in gl. A otros qualesquier. & Celsus in suo repertorio, in parte, huius vers. 2. ad si. & videndus est optime Palat. Rub. in Reper. Rubrica. de donat. inter vir. & vxor. §. 62. nu. 20. & num. 21. & Ant. Gom. in l. 51. Tau. n. 72. ad si. & Nauar. in Manual. c. 17. nu. 142. vbi ponit alia, quæ sunt de peculio quasi Castrensi. & Monte Ros in sua pract. in 7. tractatu. fol. 116. col. 1. & iterum fol. 147. col. 2. idem tenet Bertachinus in tract. de gabel. 2. part. princ. 26. quest. num. 16. vol. 11. tract. fol. 24. ad si.

Pro quo facit, nam aduocati seu patroni caussarum dicuntur militare, vt in l. aduoc. C. de aduoc. diuers. iudiciorum, quæ omnia sunt summe notanda in practica: & pro eis considero optimam leg. Regiam, ad hoc scilicet, vt his casibus filiusfamilias possit contrahere, & est lex 4. tit. 1. part. 5. in versicul. Otro si dezimos, que qualquiera que tuuiere algun officio publicamente del Rey, o de otro fennor, o de algun conseo, o el que fuese menestral de qualquier menester que usase a labrar publicamente, o tuuiere tienda de cambio, o de pannos, o de otra mercaderia en que usare a labrar, e a mercar biene assi como home que no esta en poder de otro: porque creen los homes, que esse tal estana sobre si, es tenuto de pagar lo que tomare emprestado, mager que este en poder de otro. Nam sicut ibi in mutuo, quod est prohibitum in filijsfamil. per Senatufconsultum Macedonianum, datur limitatio in supradictis casibus: idem etiam dicendum est in ceteris rebus respectu nostræ legis Regiæ, cum ea veniat ampliatiue ad Senatufconsultum Macedonian. quod

tantum in pecuniis mutuis loquitur, vt procedat etiam in quibuscunque contractibus ad creditum aliarum rerum, vt supradictum est, & ita est tenendum.

Et ex suprad. l. 4. Regia partite infertur ad alios plures casus ibi contentos, quibus hæc pragmatica & Regia noua decisio limitabitur, inter quos præcipuus est ille, quotiescunque filius vel nepos fam. tempore contractus interrogatus, an haberet patrem vel auum, sub cuius potestate esset, hoc negasset dicendo, quod non, nam ex solo mendacio tenetur stare contractui, quia negauit veritatem, vnde idem dicendum puto argumento illius tex. inutilis his, quæ supra dicta sunt in nostro casu, vt minime inueter beneficio huius Regiæ decisionis filiusfamilias, qui cum tempore contractus interrogatus, an habeat patrem, vel curatorem, vel aliam personam, sub cuius potestate sit, hoc negauit contra veritatem, quia propter suum mendacium in hoc puniatur, vt teneatur adimplere contractum à se factum, quæ quidem opinio optime vltra illam l. fundatum & probatur ex pluribus specialibus, quæ in iure decisa sunt contra mentientes.

Et primo quidem probatur, quia minor 25. annis, qui gratia decipiendi aduersarium, vt cum eo contraheret, dixit se esse maiorem, si lædatur ex eo contractu, & probet se minorem, non debet restitui, quia hoc casu malitia sua, hoc est, dolo supplet ætatem & sibi patrocinari non debet: ita probant text. in l. 1. §. 3. Cod. si minor se mai. dixer. quia errantibus, & non fallentibus iura subueniunt, vt in dicit leg. 2. & idem de iure Regio dispositum est in l. 6. in princip. tit. fin. part. 6. vbi reddit rationem: Porque las leyes ayudan a los engannados, y no a los engannadores. Ex quo l. 1. ex dicit leg. 2. Codic. si minor se mai. dixer. hoc restringitur, vt procedat eo casu, quo minor, qui se maiorem per mendacium dicit, eo tempore per suum aspectum id appareat, scilicet esse maiorem: nam si clare constaret, eum esse minorem, licet ipse se dolo maiorem diceret, tunc hoc casu posset restitui, quia secum contrahens potuit id præuidere, & cum illo non contrahere, Ergo merito, quod si impulerit si contraxit & restituitur minor: & ita debent intelligi supradicta iura.

Quæ secundo loco limitat Greg. Lop. post alios quos refert in d. l. 6. in gl. Defatado, respectu eorum, quæ vt maior posset opponere aduersus contractum, nam solum puniatur in eo, in quo mentitus fuit & deliquit, non vero in plus, imo etiam si iurasset se esse maiorem, cum tamen non sit, sed minor, adhuc non excluderetur à remediis maioribus competentibus, vt putata quod contractus fuit nullus, secundum Greg. Lop. vbi supra, vel alijs de causis supra relatis iuxta communem opinionem supra relatam & examinatam cum glossis in l. 1. supra eodem, & in hac authent. quæ habet: Quod contractus puberis iuratus tatum excludit remedia ratione minoris ætatis competentia, non vero ea, quæ competunt maioribus, vt maioribus, poterit etiam poni exemplum in remedio l. 2. C. de re scin. vend. quod minime censetur sublatum in hoc casu, vt latius infra videbimus volente Deo. Nunc ad propositum: Sicut ergo minor, qui mendacio se maiorem dicit, cum sit minor, non restituitur & amittit beneficium minoribus concessum, ita etiam filiusfamil. dolo & mendacio se patremfamil. dicendo, amittere debet privilegium & beneficium filijsfamil. in nostra Regia decisione concessum.

Secundo principaliter supradicta limitatio ad no. 59 stram leg. Regiæ de filiofamilias mendacio dicente se non esse filiumfamil. comprobatur ex eleganti illa Guilielmi. de Cugn. decisione in leg. qui iurasse, in principio, ff. de

de iure iurand. vbi tenet, quod licet dubium sit, vtrum pupillus doli capax possit iurare contractum in casu huius authentice, vt latius videbimus; Attamen si ipse pupillus proximus pubertati iuraret, cum contrahit, se esse puberem, & hoc dolo, vt secum contrahatur, & postea iuret se non venire aduersus contractum, habebit locum hæc authentic. Sacramenta puberum, sicut si esset pubes, qui iuravit, licet non loquatur de impuberibus, quoniam habetur pro pubere, postquam ita iuravit, argumeto dicitur. C. si minor se maiore dix. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, vt hic filiusfamil. qui mendacio dixit se esse patrem familias, teneatur ac si esset paterfamilias, quoniam habetur pro paterfamilias, postquam ita iuravit: & illam Guilielmi decisionem sequitur maxime comendans Paulus de Castro in dicit. l. qui iurasse, in prin. nu. 5. vbi eius additio, allegat eundem Paulum de Castro ad idem in cons. 223. sequitur etiam Matthæus de Afflictis decisio. Neapolit. 322. n. 3. vbi refert Alexand. hoc limitantem, præterquam, si contrahens cum tali impubere doli capace esset ipsius coniunctus, quia tunc non est verosimile, ipsum ignorare ætatem pupilli doli capacis iurantis, quod quidem non ita verum indistincte esse censeo; potuit enim coniunctus, vel diu abesse à patria, vbi minor natus fuit, vel non esse conuicinus ei, vel talem aspectum habere minorem, vt appareat maiorem esse, vel ita remotum esse coniunctum, vt communiter inter tales coniunctos non solet haberi ratio gratis alterius: Eandem quoque sententiam Guilielmi. sequitur Greg. Lopez in dicta l. 6. in gl. Engannosamete, vbi dicit, non esse mirandum, si teneamus opinionem illam, quæ habet Quod etiam pupillus doli capax obligetur ex iuramento, de quo latius §. Vtunque sit mihi illa decisio mirabilis videtur, quia licet in quantum ampliat textum hunc, non sit ita mirabilis, est tamen magnificenda, quia declarat & ampliat totum titulum C. si minor se mai. dix. quia titulus ille, & ibi Doctores tarum loquuntur in adulto maiore 14. annis; & minore 25. dicente se maiorem causa aduersarij decipiendi, vt ex eius legibus constat; & ita etiam loquitur & procedit dicta l. 6. Regia, licet prima facie aliud videretur Greg. Lopez ibidem; Hoc enim casu adultus habetur propter iuramentum suum pro maiore, quia deceptus: At Guilielm. vult illud idem esse in pupillo asserentem se esse adultum, quia hoc cadit in delictum, cum deceptus, & pupillus ex delicto obligatur, cum est doli capax, vt in c. 1. de delict. pueror. & in l. pupillum. ff. de reg. iur. & in l. 9. titulo 1. part. 7. l. 15. titulo 1. part. 1. l. 6. titulo quinto, part. 6. & late Antonius Gomez. 3. tomo. ca. 1. de delict. n. 58. & sequentibus, & in hoc profecto singularis est decisio Guilielmi. quod non considerauit Gregorius Lopez vbi §. sed bene declarauit hoc modo mentem Guilielmi. Paulus de Castro in dicta l. qui iurasse, in princip. nu. 5. & 6. dicens quod perpetuo teneanti, quia non recolo alibi istud legisse, neque Doctores aliquid dicunt in isto titulo, Si minor se maior dix. & post Paulum de Castro. videndus est ibi bene super hoc Alexand. sequitur etiam Matthæus de Afflictis decisione Neapolitana 193. numero duodecimo, vbi limitat, quando minor dolo aduersarij fuisset indutus ad id iurandum, præterquam si iurasset ad Sacram Dei Euangelia, tactis scripturis, quia tunc nullo modo potest probare se fuisse minoris ætatis, vt in l. 3. C. si minor se maior dix.

Hinc possumus dicere, prouenisse practicam hodiernam, vt quado dubitatur, an contrahens sit maior, vel minor 25. annis, ipse iuret se esse maiorem, ne postea probet, minorem fuisse tempore contractus, & contractus sit nullus, vel aduersus eum restituitur, quod si quidem ipse dicit se esse minorem, tunc iuret se non

contrauenturum contractui ratione minoris ætatis, nec alia qualibet ratione: vt in hoc textu, & his modis contractus firmissimi sunt.

Tertio principaliter supradicta limitatio ad Regiam decisionem comprobatur ex eleganti decisione text. in l. final. ff. de rei vendic. vbi dicitur, quod si conuentus rei vendicatione neget se possidere eam, p. qua conuenitur, & aduersarius pbauerit contrarium, conuincendo eum de mendacio, hoc est, quod possidet eadem rem, trāsferitur possessio in actorem per iudicem ex solo mendacio, licet actor sua esse non probauerit. Ergo ita & eodem modo dicendum est in nostro casu, quod cum filiusfamil. tempore contractus interrogatus, an sit filiusfamil. id neget, merito quod in hoc puniatur, vt non gaudeat beneficio filiusfamil. concessio, & cum d. l. si concordat expressa l. 3. tit. 3. part. 4. vbi hoc additur, quod reus, postquam est tradita possessio auctori, potest petere dominium illius rei, vtrumque etiam probat text. in auth. trient. & semiss. 9. ilud quoque in iudicis, el. segundo collat. 2.

Circa quæ iura pauca hic examinare libuit, quæ conduunt ad nostram limitationem, quam sudamus, & præterea sunt quotidiana in practica. Et primo pro intellectu illorum iurium aduertendum est, quod ad hoc, vt procedat, requiritur, quod reus negas se possidere, sciat se possidere; secus vero erit si ignoret: itaque in effectu dolo negatis requiritur; potuit enim ignorare se possidere, vt puta si per seruum vel alium possideat, vel alio modo habeat iustā ignorantie causam suæ possessionis, quo casu, licet conuincatur, non puniatur neque amittit suam possessionem: ita tenet in effectu gloss. licet sic non declaret in d. l. si gloss. in versic. hic autem quando fuit sciens, quam sequitur Bart. ibi, n. 9. Greg. Lopez alios allegans in dicit. l. 3. gl. 1. & generalius inquit Alexand. allegans in l. qui cum se, ff. de re iudic. & Felin. in c. ceterum, nu. 18. de iud. quod penæ impositæ à iure propter mendacium, habent locum solum quando dolo interuenit in mendacio alias secus, vt probat text. in c. 1. §. si fuerit, que sit prima caus. benefic. amitt. & in cap. 1. §. Vasallus, & si Vasallus, si de feud. fuer. controuers. in versic. feud. eandem etiam opinionem in proposito dictarum legum tenet plures allegans Ant. de Padilla, y de Menesses in l. si. n. 13. C. de fideicommissis. & hoc quidem rationem habet, cum ex solo quis illis legibus puniatur, quod mendacium dixerit, quia non erit alias pæna infligenda, nisi quoties adest culpa, vt in l. sancimus, C. de penis, culpa autem est, quando scienter quis negat veritatem.

Pro quo etiam faciunt; quæ tradit D. Franciscus Aviles in cap. 48. prator. glo. 3. n. fil. 246. vbi tenet, quod ad hoc, vt quis puniatur de falso, requiritur dolo; item etiam in periurio ad hoc, vt quis periurii pæna puniatur, requiritur dolo, hoc est, quod dolo malo & animo nocendi quis se periurauerit, & hæc est communis & vera opinio secundum Ias. in l. videamus, in pr. n. 6. & sequentibus, ff. de lit. iurand. quod late discutit idem Ias. in l. qui iurasse, in princ. num. 4. & sequentibus, ff. de iure iurand.

Vbi Paulus de Castro. n. 7. & 8. vnum verbum notabile dicit, scilicet, q. sufficit allegatio doli in accusatione, quia eo ipso, quod probatu sit, falsum dixisse, præsumitur dolo se id dixisse, p. quo facit text. in l. cum similibus, C. ad l. Corn. de sicar. vbi probatur, quod licet allegas dolum, vel culpam teneatur id probare, vt in l. quoties, §. qui dolum, & ibi gl. & Doctores, ff. de proc. cum similibus, tamen secus est in dictis, prout est negare veritatem, quia hoc casu, probato delicto vel mendacio, præsumitur dolo. Certe optima est hæc Pauli decisio, & quæ plurimum in praxi conducet, & omnia supradicta notanda sunt valde ad leges huius Regni, quæ